

Nos misimus te ad uniuersitatem gentium. Sed quoniam venire pos-  
tuit ad omnes gentes/que diuiserant in septuaginta linguas  
qui ignorabat aperire suipsius verbū in alia lingua præteris  
**Cōclusio.** arabica. Manifestum igit̄ cōtrarietatē & mendaciū manifestū  
esse/eundē solis Arabibus missum esse/& omnibus gentibus.  
Non igit̄ lex dei est in qua tot cōtrarietates est inuenire.

**Q**2 lex Saracenorum nullo miraculo cōfirmañ: Cap. viij.

Eptimo est considerandū: q̄ neq̄ Alcoranum est lex  
dei/quæ miraculis confirmet: neq̄ Mahometus est  
apostolus dei: nullum enim miraculum hoc testatur.

Quando enim deus misit Moysen ad pharaonē/magna pro-  
digia ostendit: similiter autem & Helias & Helislaus & alijs p̄  
phetę magna & inaudita miracula fecerūt: & maxime qui no-  
uum quoddam in vitam inferebant. Christus autem proprie-  
in miraculis & signis maximis venit: sicut & ipse Mahome-  
tus in Alcorano dicit. Si autem dicant Saraceni/multa & ma-  
gna miracula fecisse Mahometū: sicut reintegrare lunam diui-  
nam: & fontē aquā ex eius digitis defluxisse: Fabula est hoc/  
& contrariū eidem Alcorano. Prohibet enī Mahometus de eo  
aliquid tale credere: præter q̄ quæ scripta sunt in Alcorano.  
De omnibus p̄phetis dicit: Multi multa mentiti sunt: quod ne  
de me existimēt quidam: id solum de me verū credatur/quod  
Alcorani auctoritate fulcīt. Ille enim cum miracula nō fecis-  
set: & hoc ostendere volens: inducit deū loquentē & dicentē:  
Dixit dominus ad me: Propter hoc miracula te facere non p̄-  
mitto: ne tibi propter miracula eueniat quod & alijs proph-  
etis accidit. Suoipsius igit̄ testimonio cōuincit /nullum signū  
fecisse. Ipse enim Mahometus continue in Alcorano dicit: q̄  
cum hoīes ei dicerent: Ostende aliquod signum sicut Moyses  
venit cum signis/& alijs scilicet & christus & alijs p̄phetę fece-  
runt: Respondit: q̄ Moyses & prophetę missi sunt a deo: &  
maxime christus: qui in maximis prodigijs venit: & mundus  
non credidit his: sed dixit hos veneficos & incantatores esse.  
Propter hoc deus non permisit mihi facere miracula: non em̄  
credidissent: Sed venī in potētia armorū. Hoc aut̄ manifestissi-  
me ostendit q̄ falsum sit: Quoniam enim non credidissent huius fa-  
cienti miracula/qui absq̄ miraculis crediderunt solū mandan-